

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 664071-0

Fax: +43(732) 664071-344

Prefatio

plorans tuum damnosum statum: et ex alia parte cum magno gaudio considerans ex scriptis tuis. Quia misericors deus visitat cor tuum: et pulsat eum magna charitate ad tuam mentis ianuam. **S**tude ergo sibi apperire cor tuum et prepara ei habitationem in anima tua: et ad hec cooperari volo libentissime. **S**ed est mira res quod mihi scribis pro informatione et auxilio cum tu sis me senior ymo et doctor: ex quo tamen ascendisti gradum magisterij. **E**go vero in gradu baccalaureatus permansi. **E**cce mi frater hoc est quod ante plures annos loquebamur mutuo: quia tibi multum fuit contrarium quod ego intraui sanctam obseruantiam regularem: quia tenuisses me libentissime in seculo. **E**t ego te libentissime duxissem ad sanctam religionem ad vitam arctam et strictam: per quam iur ad astra: et me sequi nolui isti. **S**ed ultra modum placuit tibi conuersatio mundanorum hominum utriusque sexus. **A**c mundana leticia cuius tamen extrema luctus eterne damnationis occupabit. **E**t tamen non fecimus. **E**xemplum **S**icut quidam duo fratres: de quibus legitur quorum unus erat fatuus et alii sapiens: et ibant pariter in eadem via. **E**um autem venissent ad quoddam biuium ubi erant due vie: una delectabilis et pulchra. **R**eliqua vero distorta et aspera: et fatuus videns viam delectabilem: dixit sapienti: eamus per hanc viam. **S**apiens dixit: non frater: **Q**uia quis hanc viam sit delectabilis: ducit tamen in hospicium valde malum. **E**nde consulo quod per aliam viam transeamus. **N**am quis sit aspera et dura ducit tamen ad hospicium valde honestum et quietum. **R**espondit fatuus. **M**agis credere volo meis oculis quam tibi de his que non vides. **E**t posuit se fatuus ad viam delectabilem et amenam. **Q**uod videns sapiens nolens cum reliquere secutus est eum. **P**ergentes igitur simul pergerunt in latrones qui eos ab invicem seperantes posuerunt in carcere diuersos. **F**actum est autem ut rex illius terre perciperet quadam die omnes incarceratos coram se adduci ut ipsos iudicaret. **V**enientes autem isti duo fratres inter alios: et cum se mutuo viderent sapiens frater dixit regi. **D**o